dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum Successoribus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros coram quocunque Iudicio ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum quorumquevis et sexus status Omnibus Terminis Conseruatione tueri defendere evincere Aliisque per se et per Submissas personas non mouiare sub damnis Emolumentis tapetis et edicendis Et Coram officio praesenti in primis Citationis Termino peremptorio respondere Omnibus in universum iuris remedijs et defensis Legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se Omnibus Absentiendo.

Gorskie — Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Boranscensibus Comparentes Nob. Catharina Bolesczanka relicta et Mathias filius olim Josephi Bolesta annorum quindecim cum Nob. Joannis olim Stanislai Stezyskowski avunculi sui personaliter astante Nomine suo et Alberti Mathei Bolestow filiorum ac fratrum suorum Nominibus a quibus de rato et grato cavent et se eisdem de bonis Omnibus cum posteris suis inscribunt Sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt Quia sibi Nobiles Paulus et Mathias filij Gregorij Gorski ex Obligationibus bonorum in haereditate Bolesti consistentium olim Mariti et parenti suo et Nobilem Stanislaum olim Alberti Bolesta inscriptis et per successores eiusdem Stanij Bolesta pro Gorskiem perpetuo resignatis unius unam inscriptam de Sabbatho feria secunda post festum Sancti Confess. Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo Viginti florenorum Polonicalium unius aliam post festum Sancti Aegidij Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto in Undecem florenis secundam et tertiam feria Quarta post festa Solennia Paschalia Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto in Octo florenis Polon. inscriptis easdem Summas in Unum connexas Triginta Novem florenorum Polon. persolvit ideo ipsos quietant Inscriptiones eiusmodi Cassant et de bonis condescendunt perpetuo.

Bolesty — Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Boransceni Comparens Nob. Stanislaus olim Joannis Bolesta Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Catherinae relictae olim Josephi Bolesta et ipsius Successoribus bonorum in haereditate Bolesti consistentium quatuor Sulcos a via Skrzeczewska adgranicium Grabownica inter metas Jacobi Zawadzkij et Gregorij Reda In alio campo pod Olszynem tres Sulcos a via Jaglowna ad Viam Zawadzka inter metas Successorum olim Josephi et Laurentij Bolesta In tertio campo Sulcum Unum a strata Borkowiensi adgranicium Stezyskowska inter metas Successorum olim Josephi ex Una parte iacentes cum agris pratis et Omnibus Utilitatibus Nullis exceptis in Tredecem florenis Polon. ad exemptionem Obligavit et inscripsit Cui iam exemptionem rationem realem cum paratam pecuniam per Nobilem et Nobiles duos acceptandam dat et admittit Submittendo se de Omnibus bonis cum Successoribus suis Memoratam tenutricem suam et eius posteros coram quocunque Iudicio ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum quorumquevis et sexus status toto tempore tenutae eiusmodi tueri defendere evincere Aliisque per se et per Submissas personas non mouiare sub Vadio Simile aliorum Tredecem florenorum Polon. Et Coram officio praesenti in primis Citationis Termino peremptorio respondere Omnibus iuris remedijs se et suis Successoribus Omnibus absentiendo.